



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hierakosophion

Demetrius <Pepagomenus>

Lvtetiae, 1612

xlj. Si inalbescit oculos, vel ab ictu, vel à sanguine.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12846

padocum recte molitum, oculo inspira:
vel salem ipsum ex aqua dissolute, coque
ablue oculum, ne quid sordiu adhærescat,
postea ore sume ex ablutione, & oculo
inspira. Alij ex aqua salem liquant, eoque
per pinnam illinunt oculum, idque sæpe
die. At melius est salem ore sumptum
oculo inspirare, propterea quod sæpe acci-
piter renitur, aut hominum aspectum aut
manum reformidat.

*Si inalbescit oculus, vel ab ictu, vel
à sanguine.*

Sepiæ testam, ipsiusq. accipitris simum,
galbanum, mel acapnon, pari mensura
mortario recte conterito, deinde pinna
oculum linito, ita paucis diebus ipsum pri-
stinæ valetudini restitues. Aut sume atri-
plicis semen diligenter tritum, tenui cribro
excretum, eoque alline oculum. Aut thus,
sepiæ testam ex æquorrita, tenuiter cri-
braça oculo inspira. Aut hederæ succum
oculo inspira. Aut simul hederæ & rutæ
succum pari portione mistum, oculo in-
fundere. Aut fabis nigris exustis pari pon-
dere, melle immistis, vtere. Aut ammo-
niacum muliebri lacte cōspersum, minute

mortario tere, oculosque pinna perunge. Aut melle acapno linito oculum. Aut vitis agrestis cinerem cum pelle aguina tritum pari mensura per pinnam demitte leniter bis die in oculum. hoc efficacius facies, si prius caput accipitris purgaueris præscripto medicamento. ex capite omnem liquorem per nares destillantem detrahit. Aut sume serpentis pellem arefactam, concisam, cribratam, aridam, seruato inclusam, ne exhalatione euanescat, & cum erit necesse, oculo inspirabis. Aut ipsam mellim immiscebis, pinnaque oculum illines. Aut panem exustum cum sale ammoniacoco-nteres, adiicies aloen in iocineris spissitudinem concretam, vtere, & purgabis. Aut sepiæ testam, fœniculi succum, crocum, myrrham, ex æquo misce cum melle, tere, vtere. *Aliud.* Fel caninum, & mel invnum coacta, illita albugines abolent. Item turturis fimus cum melle illitus albuginibus succurrit.

*Remedium ad quemuis ictum oculorum
accipitris.*

SALEM ammoniacum tritum oculo inspirabis, deinde exiguo melle, quod